

ad dedicationem capellae praedictae et etiam priores tres abbates eiusdem regulae), nec non archidiaconos et praepositos multosque religiosos et presbiteros ad consecrandum capellam duxit, et altare et capellam in honorem^a Dei et sancti Benedicti et Augustini episcopi et omnium sanctorum consecravit et indulgentiis dotavit. Quo facto dominum^b episcopum et abbates et caeteros cum eo venientes^c muneribus largissimis honorifice dotavimus et cum eis ad propria sua remeavimus.

Et quia, sicut praedicitur, semper in Rogationibus cum reliquiis clerus et populus totus ad ecclesiam sancti Benedicti extra villas accessit, id modo similiter facere proposuerunt et tempore meo aliquotiens fecerunt, et quoniam fraternitatem sancti Benedicti^d habuerunt, iam plus ad tactam fraternitatem festinabant quam unquam prius meo tempore fecerunt, quia^e magnas caereas candelas milites et caeteri boni homines, qui in fraternitate existunt, Deo et sancto Benedicto et Augustino immolabant. Et dedicationem praedictae capellae feria tertia post Pascha cum magna devotione visitant et frequentant^f. Et istud registrum de praedicta capella pro memoriali successoribus^g mei habebunt.

Ego Franco publice protestor in his scriptis, quod, sicut in registris inveni aperte mihi per dominum^h Lambertum et caeteros praedecessores meos derelictis, tempore suo capella sancti Benedicti noviter constructa capellae sanctorum Petri et Ioannis apostolorum est combinata^{i,1}. Qui^k non nisi duobus annis post harum combinationem vixit, quia senex et decrepitus homo iam fuit et multum pro utilitate capellae laboravit, qui^l ob memoriam sui omnia propria manu registravit^m, ideo ut successores dictae capellae memores sint eius rei. Quicquid inter construendum de capella quoque accidit tempore meo, ut melius possum, conscribere propono veluti iam proposui.

Dictas capellas sanctorum Petri et Ioannis et beati Bene-

a) BC 'honore'. b) C 'dominum' fehlt. c) ABCD 'venientibus'. d) ABC 'et fraternitates cum sancto Benedicto habuerunt'. e) C 'qui'. f) Hier schliesst D den Abschnitt S. 525 'Etiam' . . — S. 526 'regis' an, den die übrigen Handschriften erst unter dem folgenden Rektor, Franko, bringen. Dann folgt noch in D: 'Tunc etiam a sanctissimo papa interdictum fuit pulchre et utiliter, ne sacerdotes uxores aut concubinas alerent, sed eas cane peius et angue fugerent'. g) B 'successoribus'. h) ABC 'eum'. i) In ABC lautet der vorstehende Satz so: 'capellam . . . constructam . . . est combinata'. k) ABC 'quia'. l) B 'quae'. m) 'qui ob — registravit' fehlt in C.

(1082—1123) mit dem Kölner Erzbischof Hermann III. (1089—1099), die dort kurz nach einander erwähnt werden (SS. XII, p. 194), identifiziert. Wenn man obige Notiz unserer Chronik nicht lieber als einfache Erfindung bezeichnen will, so könnte sie als Beweis für einen weiterverbreiteten Irrthum in diesem Punkte dienen. 1) Vgl. oben S. 522 Anm. 2.